herenter & nos aeternitate afficiamur necesse est.
sed quia hoc anima peccatis suis obruta & implicata per
seipsam uidere ac tenere non posset nullo in rebus hu
manis ad diuina capessenda interposito gradu per quem
ad di similitudinem a terrena uita homo niteretur ines
fabili misericordia di temporali dispensatione per crea
turam mutabilem sed tamen aeternis legibus seruien
tem ad commemorationem primae suae perfectaeq;
naturae partim singulis hominibus partim uero ip
si hominum generi subuenitur ea est nostris tempori
bus xpiana religio quam cognoscere ac sequi securis
simae salus est defendi autem aduersus loquaces & ÷ & certissima
aperiri quaerentibus multis modis potest omnipo
tente ipso do per seipsum demonstrante quae uera
sunt & ad haec intuenda & percipienda bonas uolun
tates per bonos angelos & quoslib& homines adiuuan
te eo ipso; modo autem quisq; utitur quam uid& con
gruere his cum quibus agit ego itaque diu multumq;
considerans quales oblatrantes & quales quaerentes
expertus sum uel qualis ipse siue cum latrarem
siue cum quaererem fuerim; hoc modo mihi utendum

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 91.13, 8r – Augustinus: De vera religione
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-1p50/5115/48804)